An. et vol. XXXIV 14 Iulii 1942 (Ser. II, v. IX) - Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutiones Apostolicae, p. 185 - Litterae Apostolicae, p. 195 - Allocutio, p. 196.

Acta SS. Congregationum: *S. S. C. S. Officii*: Decretum, p. 200 - *S. C. Consistorialis*: I, II. Decreta, p. 202. III. Provisio Ecclesiarum, p. 204 - *S. C. de Propaganda Fide*: Provisio Ecclesiarum, p. 205 - *S. C. Rituum*: I. Decretum liturgicum, p. 205. II. Decretum introductionis causae beatificationis, p. 207.

Acta Tribunalium: *S. Paenitentiaria Apostolica*: Responsum ad dubium, p. 210 - *S. R. Rota*: Citatio edictalis, p. 211.

Diarium Romanae Curiae: Udienza solenne - S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine, pp. 212-216.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M · DCCCC · XLII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 50 — extra Italiam, *L. it.* 70 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 4,50 extra Italiam, *L. it.* 5 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXIV, n. 7 - 14 Iulii 1942)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

PAG.

I. *De Bandoeng.* - Praefectura Apostolica de Bandoeng in insula Java ad Vicariatus Apostolici gradum evehitur. - *16 Octobris 1941* 185

II. *De Soerabaia.* - Praefectura Apostolica de Soerabaia in Vicariatum Apostolicum erigitur. - *16 Octobris 1941* . . 187

III. *De Poerwokerto.* - Praefectura Apostolica de Poerwokerto in Vicariatum Apostolicum eiusdem nominis erigitur. - *16 Octobris 1941* 188

IV. *Denveriensis* (Pueblensis). - A Dioecesi Denveriensi territorii pars distrahitur, ex qua nova erigitur Dioecesis « Pueblensis ». - *15 Novembris 1941* 190

V. *Sanctae Fidei - Dubuquensis* (Denveriensis). - Dioecesis Denveriensis a Provincia ecclesiastica Sanctae Fidei seiungitur, et nova erigitur Provincia ecclesiastica Denveriensis, ab ipsa Denveriensi Ecclesia, ad Metropolitanae gradum erecta, et a cathedralibus Ecclesiis Cheyennensi et Pueblensi, illi suffraganeis constitutis, efformata. - *15 Novembris 1941* . 192

LITTERAE APOSTOLICAE

Fidentinae dioecesis. - Templum Sancti Laurentii Martyris in oppido « Monticelli d'Ongina » Fidentinae Dioecesis ad titulum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur. - *28 Februarii 1942* 195

ALLOCUTIO

Ad Emos PP. DD. Cardinales, in festo S. Eugenii I Pp. fausta ominantes . 196

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII

Decretum. De quibusdam cautelis adhibendis in causis matrimonialibus impotentiae et inconsummationis. - *12 Iunii 1942* 200

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PAG.

I. *Paderbornensis - Hildesheiensis.* - Decretum. De mutatione finium Dioecesium. - *14 Martii 1942* 202

II. *B. Virginis Mariae a Ssmo Rosario seu Pompeiana.* - Decretum de regimine Pompeianae Praelaturae « nullius » cum Pontificio Sanctuario B. Virginis Mariae a Sacrmo Rosario - *12 Martii 1942* 203

III. Provisio Ecclesiarum 204

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

Provisio Ecclesiarum 205

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. Decretum. De functionibus pro defunctis 205

II. *Brentwooden. seu S. Andreae et Edimburgen.* - Decretum introductionis causae beatificationis Servae Dei M. Franciscae a Quinque Plagis, in saeculo Margaritae Sinclair, Sororis professae Ordinis S. Clarae. - *13 Februarii 1942* 207

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Dubium. De privilegio sacerdotibus concesso in Motu Proprio « Summo solacio ». - *10 Iunii 1942* 210

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis: Parisien. - Nullitatis matrimonii (Mallez-Brochet). - *19 Iunii 1942* 211

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 212

II. Sacra Congregazione dei Riti: *Varie* . 212

III. Segreteria di Stato: *Nomine* 213

An. et vol. XXXIV 14 Iulii 1942 (Ser. II, v. IX) – Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

DE BANDOENG

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BANDOENG IN INSULA JAVA AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae fidei catholicae incremento illis in regionibus Missionariorum curis adhuc concreditis utilia videntur, ea ut sollicito studio decernamus Nos admonet supremi quo fungimur apostolatus munus. Cum itaque Nobis relatum sit in Praefectura Apostolica de Bandoeng, Apostolicis Litteris *Romanorum Pontificum,* anno millesimo nongentesimo trigesimo secundo, die vigesima mensis Aprilis datis, ex territorio a Vicariatu Apostolico Bataviensi in Java insula distracto a fel. rec. Pio Papa Undecimo Praedecessore Nostro erecta et Ordini S. Crucis seu Crucigerorum concredita, fidelium numero et missionalium operum frequentia talia habita esse incrementa, quae non tenuem faciant spem ampliores in dies ex arduo illo agro fructus collectum iri, Praefecturam illam ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, praehabito quoque voto venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi titularis

Iustinianensis, Delegati Apostolici in Australasia, Praefecturam illam ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem evehere statuimus. Quare, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, omnibus mature perpensis, certa scientia et apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam illam de Bandoeng in Vicariatum Apostolicum, iisdem circumscriptum finibus, quibus ea continebatur, erigimus et constituimus, quem *de Bandoeng* seu *Bandungensem* nuncupari volumus ac decernimus. Novum hunc Vicariatum praefatae Congregationi S. Crucis, cuius sodales in regione illa tam sollerter hucusque adlaboraverunt, etiam in posterum, ad Nostrum vero et Apostolicae Sedis beneplacitum, concreditum volumus. Huic autem Vicariatui, eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuscumque minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo primo, die sexta decima Octobris mensis, Pontificatus Nostri anno tertio.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXV, n. 53. - Al. Trussardi.

II

DE SOERABAIA

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SOERABAIA IN VICARIATUM APOSTOLICUM ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Magno cum gaudio accepimus in Praefectura Apostolica de Soerabaia, in insula Java, quae a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Decessore Nostro, die quintadecima Februarii mensis, anno millesimo nongentesimo vigesimo octavo erecta est, et Sodalium curis Congregationis Missionis concredita, christifidelium numerum et missionalia opera postremis hisce annis tantum fecisse incrementum tantamque ampliorum in dies fructuum ex arduo agro illo spem facere, ut digna videatur, quae in maiorem dignitatis gradum provehatur. De venerabilium itaque Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consilio, accedente quoque consensu venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi titularis Iustinianensis et Delegati Apostolici Australasiae, omnibus mature perpensis ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia ac de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, Apostolicam quam supra diximus Praefecturam de Soerabaia in Vicariatum Apostolicum, iisdem servatis finibus, evehimus et constituimus, eumque *de Soerabaia,* seu *Surabaiensem* appellari iubemus, et concreditum praefatae Congregationi Missionis manere volumus, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum. Huic igitur novo Vicariatui de Soerabaia seu Surabaiensi eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius Notarii publici suscriptis, et viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti sigillo munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhi-

bitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id, ausu temerario, attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo primo, die sexta decima Octobris mensis, Pontificatus Nostri anno tertio.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ioseph Wilpert, *Decanus Collegii Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXV, n. 51. – Al. Trussardi.

III

DE POERWOKERTO

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE POERWOKERTO IN VICARIATUM APOSTOLICUM EIUSDEM NOMINIS ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Valde rei catholicae congruum videtur quamvis Apostolicam Praefecturam, quae fidelium et operum non mediocre fecerit incrementum, ad maioris dignitatis gradum evehere. Quum itaque Nobis compertum sit Praefecturam Apostolicam de Poerwokerto, ex Vicariatu Apostolico Bataviensi in insula Java, Apostolicis Litteris *Magna animi Nostri,* die vigesima quinta Aprilis, anno millesimo nongentesimo trigesimo secundo, a fel. rec. Pio Papa Undecimo, Praedecessore Nostro, erectam et apostolicis Sodalium Congregationis a Sacratissimo Corde Iesu curis commissam, tum quoad fidelium numerum tum quoad missionalia opera magnopere, Deo opitulante, profecisse atque maiorum in dies fructuum ex arduo illo agro non tenuem dare spem, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Sacrae Congregationi de Propaganda

Fide praepositorum consilio, accedente quoque consensu venerabilis Fratris Ioannis Panico, Archiepiscopi titularis Iustinianensis et Australasiae Delegati Apostolici, omnibus mature perpensis, atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, certa scientia, Praefecturam illam de Poerwokerto, iisdem servatis eius finibus, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem extollimus et constituimus, illumque *de Poerwokerto* seu *Puruokertensem* vocari volumus, atque Missionariis Sacratissimi Cordis Iesu, ad Nostrum tamen et Sedis Apostolicae beneplacitum, concreditum manere volumus et iubemus. Huic igitur novo Vicariatui de Poerwokerto seu Puruokertensi, eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque iisdem pariter adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceteri adstringuntur. Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis aut excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, et viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti sigillo munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, commissionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id, ausu temerario, attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo primo, die sexta decima Octobris mensis, Pontificatus Nostri anno tertio.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXV, n. 55. – Al. Trussardi.

IV

DENVERIENSIS
(PUEBLENSIS)

A DIOECESI DENVERIENSI TERRITORII PARS DISTRAHITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS « PUEBLENSIS ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum in catholico orbe circumscriptionum immutatio, si rerum temporumque adiuncta id exigant, haud dubio et spirituali regimini et pastorali ministerio facilius ac salubrius exercendo maxime confert. Quod quidem Nos perpendentes, opportunum duximus Denveriensem dioecesim dismembrare et novam exinde dioecesim erigere. De venerabilium igitur Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum consilio, suffragante quoque venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia, Delegato Apostolico in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine a quam supra diximus dioecesi Denveriensi illam territorii partem perpetuo separamus complectentem comitatus civiles: *Mesa, Delta, Montrose, San Miguel, Ouray, Dolores, San Juan, Montezuma, La Plata, Gunnison, Chaffee, Sagauche, Hinsdale, Mineral, Archuleta, Conejos, Rio Grande, Alamosa, Fremont, Custer, Huenfaono, Costilla, Pueblo, Crosley, Kiowa, Otero, Bent, Prowers, Las Animas* et *Baca* atque ex ita avulso territorio novam erigimus Dioecesim, quam a *Pueblo* urbe « *Pueblensem* » nuncupari volumus ac decernimus, coarctatis propterea Ecclesiae Denveriensis finibus. Huius dioecesis episcopalem sedem in ipsa *Pueblo* urbe constituimus, quam proinde ad civitatis episcopalis fastigium extollimus eique omnia tribuimus iura et privilegia, quibus ceterae civitates episcopales pollent. Episcopi vero cathedram in paroeciali ecclesia Sacratissimo Cordi Iesu dicata, in eadem urbe exstante, figimus illamque propterea ad Cathedralis Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, ipsique et Pueblensibus pro tempore Episcopis omnia concedimus iura, privilegia, honores, insignia, favores et gratias, quibus ceterae Cathedrales Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent, illosque pariter iisdem ad-

stringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Novam hanc Pueblensem dioecesim suffraganeam constituimus Ecclesiae Denveriensi, per alias Nostras sub plumbo Litteras hac ipsa die datas ad Metropolitanae gradum elatae ac Pueblenses idcirco Antistites metropolitico Archiepiscopi Denveriensis iuri subiicimus. Quod autem attinet ad huius novae dioecesis regimen, administrationem et dotationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi servanda iubemus, quae sacri canones atque Concilium plenarium Baltimorense tertium ad rem praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat, decernimus ut simul ac hae Nostrae de dioecesis erectione Litterae ad exsecutionem mandatae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime exstant. Quum vero praesentis temporis adiuncta haud permittant quominus in hac Pueblensi dioecesi Canonicorum Capitulum modo instituatur, indulgemus ut interim, pro Canonicis, dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur. Volumus insuper ut omnia documenta et acta novam hanc dioecesim eiusque clericos et fideles respicientia a Cancellaria Denveriensis dioecesis episcopali Curiae Pueblensi quam primum fieri poterit tradantur ut in eius archivo diligenter adserventur. Ad quae omnia ita disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Foederatis Americae Septentrionalis Statibus Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea tribuimus necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eique onus imponimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quam primum transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus,

generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, decreti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo primo, die quintadecima Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno tertio.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Carolus Respighi, *Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Apost., vol. LXV, n. 79 - Al. Trussardi.

V

SANCTAE FIDEI - DUBUQUENSIS (DENVERIENSIS)

DIOECESIS DENVERIENSIS A PROVINCIA ECCLESIASTICA SANCTAE FIDEI SEIUNGITUR, ET NOVA ERIGITUR PROVINCIA ECCLESIASTICA DENVERIENSIS, AB IPSA DENVERIENSI ECCLESIA, AD METROPOLITANAE GRADUM ERECTA, ET A CATHEDRALIBUS ECCLESIIS CHEYENNENSI ET PUEBLENSI, ILLI SUFFRAGANEIS CONSTITUTIS, EFFORMATA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae ad maius spirituale christianae plebis bonum satius procurandum eiusque gubernationem faciliorem reddendam opportuniora videntur, ea Nos, in sublimi hac Apostolorum Principis cathedra, licet imme-

rito, collocati, impenso studio praestare satagimus. Quo quidem consilio ducti, considerantes ecclesiasticas provincias Sanctae Fidei et Dubuquensem, in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, latissimo patere territorio, aliter ipsas circumscribendas esse duximus, et novam exinde provinciam constituendam. Quare, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Consistorialibus Negotiis praepositorum consulto, audito quoque venerabili Fratre Hamleto Ioanne Cicognani, Archiepiscopo titulari Laodicensi in Phrygia, Delegato Apostolico in Americae Septentrionalis Statibus Foederatis, omnibus mature perpensis, suppleto, quatenus opus sit, eorum quorum intersit vel qui sua interesse praesumant consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, primum quidem a Sanctae Fidei provincia dioecesim Denveriensem, a qua, hac ipsa die, apostolicis sum plumbo Litteris *Ecclesiarum in catholico orbe* a Nobis avulsa est noviter erecta dioecesis Pueblensis, seiungimus una cum clero et populo; deinde cathedralem ipsam Denveriensem ad metropolitanae ecclesiae gradum et dignitatem evehimus et extollimus. Item ab ecclesiastica provincia Dubuquensi Cheyennensem dioecesim abstrahimus eamque et novam quam diximus dioecesim Pueblensem suffraganeas constituimus metropolitanae illi Ecclesiae Denveriensi. Quae quidem atque dioeceses Cheyennensis et Pueblensis novam ecclesiasticam provinciam Denveriensem efformabunt. Huic vero novae metropolitanae Ecclesiae Denveriensi eiusque pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura, privilegia, insignia, praerogativas et honores, quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae earumque Antistites iure communi fruuntur et gaudent; praecipue autem Archiepiscopis Denveriensibus ius tribuimus Crucem intra suae provinciae fines ante se ferendi et Pallio iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen illud in Sacro Consistorio rite expostulatum et obtentum fuerit. Item eamdem metropolitanam Ecclesiam Denveriensem et eius pro tempore Archiepiscopos iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae et earum Praesules adstringuntur. Ad quae omnia uti supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Hamletum Ioannem Cicognani, in Americae Septentrionalis Statibus Foederatis Delegatum Apostolicum, deligimus, eique propterea necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quamprimum fieri poterit transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque nullo unquam tem-

pore de subreptionis aut obreptionis, vel nullitatis vitio seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia et potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus autem et mandamus ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini vero hanc paginam evectionis, dismembrationis, constitutionis, erectionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, derogationis, delegationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo primo, die quinta decima Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno tertio.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Alfonsus Carinci, *Proton. Apost.*
Alfridus Vitali, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Apost., vol. LXV, n. 78 - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

TEMPLUM SANCTI LAURENTII MARTYRIS IN OPPIDO « MONTICELLI D'ONGINA » FIDENTINAE DIOECESIS AD TITULUM ET DIGNITATEM BASILICAE MINORIS EVEHITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Fidentinae dioecesis inter praestantiora templa iure meritoque illud accensendum est, quod in honorem Sancti Laurentii Martyris Deo dicatum in oppido « Monticelli d'Ongina » nuncupato exstat. Saeculo quinto decimo idem templum formis optimis delineatum atque exstructum navibusque tribus constans ita artis operibus renidet ut inter publica nationis Italicae monumenta sacra adnumeretur. Ex alta adiecta turri modulatus octo campanarum concentus christifideles vocat ad sacras liturgicas functiones, quas Praepositus cum presbyteris coadiutoribus, pulcra supellectili paratibusque affabre factis adhibitis, valde decore explet. Edocemur praeterea Sacram eandem aedem, iam a decessore Nostro Paulo Pp. II ecclesiam matricem et conlegiatam constitutam, postea pluribus etiam privilegiis honoris atque indulgentiarum honestatam esse; nunc autem sedem quoque Vicariatus foranei plane congruere gravitati oppidi, in quo civilia magni momenti officia pro finitima regione resident. Quapropter cum Fidentinus Episcopus Nobis amplissime commendet preces quibus hodiernus eiusdem loci praepositus nomine quoque suorum civium enixe Nos rogavit ut templum praepositurale-conlegiatum suum ad Basilicae minoris dignitatem evehere dignemur, Nos, conlatis consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Episcopo Praenestino Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, optatis huiusmodi annuendum ultro libenterque censemus. Quae cum ita sint, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum templum praepositurale-conlegiatum sub invocatione Sancti Laurentii Martyris nuncupatum in oppido « Monticelli d'Ongina » intra dioecesis Fidentinae fines titulo dignitateque Basilicae Minoris omnibus et singulis huiusmodi titulo propriis privilegiis adiectis de benignitate Nostra exornamus. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec concedimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac defi-

niendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Februarii an. MCMXXXXII, Pontificatus Nostri tertio.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status.*

ALLOCUTIO

AD EMOS PP. DD. CARDINALES, IN FESTO S. EUGENII I PP. FAUSTA OMINANTES

Le parole, che il venerando Decano del Sacro Collegio con l'ardore e la dolcezza a lui propria Ci ha rivolte in nome di voi tutti, Venerabili Fratelli e diletti Figli, mentre testimoniano, al ritorno della festa del Nostro celeste Patrono e Predecessore nel supremo officio pastorale, l'assicurazione dei vostri fervidi voti, delle assidue vostre preghiere e della vostra instancabile collaborazione nel governo della Chiesa universale, destano nel Nostro cuore un'eco non solo riconoscente e duratura, ma singolarmente profonda. In questo abisso del cuore anche Noi, come Paolo, chiniamo le ginocchia dinanzi al Padre del Signor Nostro Gesù Cristo, da cui ogni paternità in cielo e in terra prende nome; e, mediante la fede, radicati e fondati nella carità, comprendiamo dei misteri di Cristo la larghezza e la lunghezza e l'altezza e la profondità;[1] a quel modo che queste vostre parole e ancor più i nobili sentimenti, di cui sono l'espressione, risuonano in perfetto accordo col grandioso concento del mondo cattolico, la sovrannaturale armonia del quale Ci manifesta l'altezza della sua intrepida fede sopra tutte le divisioni terrene, la profondità del suo sincero amore, la larghezza della sua assoluta fedeltà, la lunghezza della sua perseverante fiducia e speranza. Fra le voci del popolo cristiano, del Clero, dell'Episcopato dei vari riti, si eleva con nota eminente l'omaggio del Senato della Chiesa Romana, che segna e simboleggia la unanimità di pensiero e di affetto di quanti sulla terra sono congiunti e vivono nella fede di Cristo e nella fedeltà alla Chiesa da Lui fondata, unanimità che si palesa in tutta la sua trionfante concordia, nella sua aperta spontaneità, nella sua santa origine, nella sua inconcussa fermezza riposante su fondamenti divini.

L'intima sostanza di tali sentimenti di venerazione, di dedizione e di amore Noi ben sappiamo, Venerabili Fratelli e diletti Figli, che vale, non già per alcun merito della Nostra debole e indegna persona,

[1] *Eph.* III, 14-18.

ma perchè da più alta fonte scaturisce e discende, per la quale voi Ci chiamate e vedete in Noi il Padre comune e il Vicario di Cristo, e pensate al carattere sacro, alla sublime finalità e potenza delle somme chiavi, al supremo ministero e magistero apostolico, che l'inscrutabile consiglio divino, dopo la dolorosissima dipartita del Nostro venerato e glorioso Predecessore Pio XI, pose sulle Nostre spalle. Da quel giorno, già lampeggiante dei baleni della vicina bufera, non ignari nè improvvidi del cumulo dei crescenti doveri e sollecitudini, angustie e travagli, che quest'ora di formidabili eventi doveva versare nell'amaro calice del Nostro Pontificato; da quel giorno più di una volta, il Nostro pensiero è corso alle parole, con le quali la santa franchezza di un Bernardo di Chiaravalle richiamava alla mente del Papa Eugenio III — dal silenzio della solitudine e del raccoglimento tratto sul Seggio di Pietro — l'altissima dignità, ma ancor più il grave peso del suo officio: *Altiorem locum sortitus es, sed non tutiorem; sublimiorem, non securiorem. Terribilis prorsus, terribilis est locus iste. Locus, inquam, in quo stas, terra sancta est; locus Petri est, locus Principis Apostolorum, ubi steterunt pedes eius. Locus illius est, quem constituit Dominus dominum domus suae, et principem omnis possessionis suae.*[2] In questo luogo di Pietro, Principe degli Apostoli, presso il suo sepolcro, a lui aperto da una croce rovesciata dal suo immenso amore venerabondo della Croce del Redentore divino, il palpito del Nostro cuore, se pur si umilia, s'innalza nell'aura del martirio e del sacrificio per la Sposa di Cristo, sul cui volto il sangue di Lui, che la imporpora, fa più fulgido e bello il sangue dei mille e mille martiri suoi figli, misto a quello dei suoi Pontefici.

Nella straordinaria gravezza dell'ora presente la Nostra coscienza sente la responsabilità, che Ci lega dinanzi all'Eterno Sommo Sacerdote e Pastore, per le anime da Lui affidate(i in custodia; ma quanto più viva la sentiamo, tanto più consolante e letificante opera nell'animo Nostro l'esperienza, la quale sempre più vi si radica e conferma: che cioè la misteriosa forza della grazia divina, come non viene meno in mezzo al fermento e al furore di questo mondo, scosso dalla febbre di una crisi per la vita e per la morte, così è ora, quale anima e quale difesa e conforto, più che mai vicina alla sua Chiesa. In questo procelloso mare, fra i crescenti flutti dell'odio, le onde dell'amore, che trasportano e volgono i fedeli verso la rupe ch'è la Sede di Pietro, divengono l'olio sparso che tranquilla i marosi, che allontana il naufragio; segno promettitore di vittoria sopra le tempeste, albore di salvezza e

[2] *Epist. CCXXXVIII, ad Dñum Papam Eugenium primam;* MIGNE, *PL.*, t. CLXXXII, col. 429.

di rinnovamento, mormorio di placido zeffiro, alla cui voce insinuante troppo duro apparirebbe chi chiudesse l'orecchio.

Quale occulta potenza, inafferrabile a mani terrene, inaccessibile a lusinghe mondane, inattaccabile da qualsiasi arma di lotta, fa ravvisare a milioni e milioni di anime nella Chiesa di Cristo la loro gioia e il loro vanto, la loro salute e la loro felicità, la costanza della loro fede e del loro amore, la mèta della loro fedeltà e la luce della loro speranza? Chi insegna loro a durare a lei fedeli, mentre in non pochi luoghi il *sentire cum Ecclesia* non è che un *pati pro Ecclesia*? Chi le trae e spinge ad amare questa Chiesa — per la quale, come già per il suo divin Fondatore, gli Erodi e i Pilati moderni tengono preparate la veste di scherno e la corona di spine —, se non il contemplare in lei la Sposa di Cristo, nella sua materna passione misticamente imitante i dolori del Redentore, e perciò tanto più amabile e degna di fervente e incondizionato amore? *Aquae multae non potuerunt exstinguere caritatem*: [3] possiamo, Venerabili Fratelli e diletti Figli, esclamare anche oggi con fiducia, ardenti di riconoscenza verso l'Onnipotente, che ancora in questa violenta bufera del pelago umano, passeggia e doma le acque furenti, e vigila, e fra le tenebre guida la nave di Pietro, operando con la sua grazia un tale miracolo spirituale d'incrollabile fede, di serena speranza e di forte amore, giorno per giorno, in milioni dei suoi eletti. A tanta riconoscenza verso Dio Ci muove la paterna e commossa gratitudine, che viva proviamo anche per coloro, i quali, cooperando alla grazia, dànno al mondo l'esempio di una generosità e di una grandezza di animo, che ricordano i valorosi e gli eroi delle più belle età del passato.

Giammai forse la pacifica azione di queste forti e fedeli anime per la conservazione e la diffusione del regno di Dio non fu così rilevante, così vitale, così efficace e vivida di promesse, come si palesa oggidì. A una Chiesa, cui non è mai che vengano meno nè integri annunciatori della verità, nè specchiati modelli di eroiche virtù, nè luminose guide dello spirito, nè franchi e sagaci plasmatori e maestri di nobile umanità e di operosa carità, nè candidi gigli d'innocenza, nè purpuree rose di fronti preste a confessare la fede anche col sacrificio della vita; a una tal Chiesa Dio, non dubitate, ha segnato il tempo, in cui si rivolgeranno innumerevoli intelletti e innumerevoli cuori, i quali ancora prestano ascolto ad altre voci e tengono dietro ad altri ideali o piuttosto idoli fallaci. Quel giorno deve venire e verrà — perchè sillaba di Dio non si cancella —, in cui la umanità traviata dall'errore e dall'inganno sarà pronta a porgere orecchio con nuovo interesse e con nuova

[3] *Cant.* VIII, 7.

speranza al sermone della montagna dell'amore e della fraternità non mendace. Quando poi questa umanità, dianzi tanto altera della sua ricchezza, e oggi più che mai conscia della povertà del suo spirito, vaneggiante nel suo smarrimento davanti all'inevitabile e decisivo bivio del suo avanzamento, tornerà a vedere nel fulgido orizzonte di un Cristianesimo genuino, immutabilmente profondo e ricco e largo di proficue e vaste forme di vita familiare e sociale, risplendere ammonitore e invitante e attraente Cristo, luce del mondo, vero Dio e vero uomo, mentre spenti giaceranno i fuochi fatui del falsi profeti; allora i molti di buona volontà e di chiara veduta non tarderanno a comprendere che la salutifera missione della Chiesa di Cristo non è un sogno del passato, non è uno stanco risveglio, bensì il prolungarsi di un presente che dura da secoli, che rinnova sè ogni giorno e con sè rinnova ogni civiltà cui si accompagna e sa perfezionare; di un presente che pianta un avvenire ricco di promesse, apportatore com'è di nuovi semi, generatori di sani frutti mirabili per feconda maturità.

Allora sulla soglia di un nuovo e vero ordinamento dei popoli risonerà la parola del Maestro, al cui Cuore infiammato di amore, segno e fonte di grazia, è dedicato questo mese: *Ecce sto ad ostium et pulso.*[4] Quale sarà a tale divina voce la risposta della Cristianità? quale quella della intiera famiglia umana?

Il nostro dovere, Venerabili Fratelli e diletti Figli, prediletti cooperatori nel Nostro ministero apostolico, il dovere di tutti i membri dell'Episcopato, di tutti gl'insigniti del sacerdozio, di tutte le anime consacrate a Dio nello stato religioso, di tutti i laici che collaborano all'apostolato gerarchico, anzi di tutti i fedeli, è di preparare spiritualmente, con la preghiera e con l'esempio, con la purificazione e con la penitenza, con l'opera e col sacrificio, questo futuro incontro fra Cristo e un mondo più che mai bisognoso del suo lume e della sua grazia, del suo soccorso e della sua salvazione, così che su tale incontro rifulga alfine l'ora provvidenziale di nuove concordi conoscenze e di benefiche comuni attuazioni.

Con questo voto nel cuore e con questa preghiera sul labbro ricambiamo gli auguri, da voi offertiCi, con sentimenti d'immutata stima e di viva riconoscenza, in questo giorno che rende così dolce all'animo Nostro l'innalzare l'auspicio di celesti favori e la fiducia di protezione e di aiuto al Nostro grande Patrono e santo Pontefice Eugenio I; mentre impartiamo a ognuno di voi, e a tutti coloro che sono inclusi nella vostra intenzione, la Benedizione Apostolica.

[4] *Apoc.* III, 20.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

DECRETUM

DE QUIBUSDAM CAUTELIS ADHIBENDIS IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS IMPOTENTIAE ET INCONSUMMATIONIS.

Qua singulari cura providendum sit et ab Ecclesia provisum fuerit ut in causis matrimonialibus impotentiae et inconsummationis necessitas assequendae iuridicae probationis, etiam quandoque per corporalem coniugum inspectionem, apte semper componatur cum naturali et christiano pudicitiae sensu, nulla unquam ratione obtundendo, immo, maxime in muliere, sancte fovendo, iam constat ex pluribus huius Supremae S. Congregationis documentis, inter quae meminisse sufficiat duas Instructiones, alteram anno 1858 editam « Pro conficiendo processu super viri impotentia et non secuta matrimonii consummatione », alteram vero anno 1883 datam ad Episcopos rituum orientalium (art. 5, de impedimento impotentiae).

In prima ex his Instructionibus facile patere dicitur « quam sancte in omnibus huiusmodi inspectionibus cavendum sit, ne quidquam agatur quod divinae legi et castitatis virtuti adversetur »; haec autem continua Ecclesiae sollicitudo relata est in Codicem Iuris Canonici, qui cavet ut in causis impotentiae et inconsummationis matrimonii inspectio corporalis coniugum fiat « nisi ex adiunctis inutilis evidenter appareat » (can. 1976) atque « servatis plene christianae modestiae regulis » (can. 1979, 3).

Ut haec iuris praescripta adamussim serventur, Emi ac Revmi Patres huius Supremae S. Congregationis, rebus fidei et morum tutandis praepositi, in plenario Conventu feriae IV, diei 3 Iunii 1942, opportunum duxerunt, quae sequuntur, vel quondam statuta in mentem Ordinariorum revocare, vel noviter praecipere.

1. Examen physicum coniugum, praesertim vero mulieris, utpote inutile, omittitur iuxta « *Regulas servandas* in processibus super matrimo-

nio rato et non consummato » editas a S. C. de disciplina Sacramentorum, die 7 Maii 1923 (art. 86):

a) si consummatio haberi non potuit quia nec tempus nec locus nec modus adfuerunt matrimonii consummandi;

b) si iam constat de mulieris defloratione.

His casibus alii duo addendi sunt, nempe:

c) omitti poterit inspectio si, attenta partium et testium morali excellentia, ac serio pensatis eorum animi dispositionibus necnon ceteris adminiculis aut argumentis, Ordinarii iudicio, plenissima iam habeatur probatio de impotentia vel de inconsummatione;

d) omittatur mulieris inspectio, si ex inspectione viri plene constiterit de huius incapacitate ad matrimonium consummandum.

2. Quoties ad necessariam probationem assequendam requiratur coniugum inspectio corporalis, ad inspiciendum virum deputentur periti medici, ad mulierem vero inspiciendam designentur (ad mentem can. 1979, 2) duae mulieres quae laurea doctorali in arte medica, vel saltem legitimo peritiae in arte obstetricia testimonio praeditae sint.

3. Si vero praefatae mulieres ad inspectionem perficiendam haberi nequeant, tunc licitum erit Ordinario, de consensu mulieris inspiciendae, examen peragendum committere viris, qui tamen non tantum medica arte sint insignes, sed etiam religionis et honestatis laude commendati, moribus atque aetate graves, ab ipso Ordinario vel iudice moniti de christianae modestiae regulis sancte servandis; quique ad inspectionem ne deveniant nisi adstante honesta matrona ex officio designanda (can. 1979, 3).

4. Si mulier aut inspectionem ipsam aut virorum operam recuset, abstinendum est ab urgenda inspectione vel ab exigendo virorum interventu; satis tunc erit illam monere de iuridicis suae recusationis consectariis, seu de graviori difficultate vel etiam de probabili impossibilitate assequendi sui propositi probationem.

5. Peracta per mulieres inspectione, earum orale examen fiat ab ipso Tribunali, semper tamen adstante medico in his rebus vere perito ac honestate claro, qui suas animadversiones et opportunas interrogationes proponere possit.

6. Excussio mulieris, quae est pars in causa, paratis ad normam iuris interrogationibus eidem proponendis, semper quidem fiat coram Tribunali, *sed a medico*, qui sit religione, moribus, aetate gravis, ab ipso Ordinario deligendus, omni exceptione maior.

7. In exarandis sententiis in huiusmodi processibus, praesertim si hae publici iuris fieri debeant, abstinendum erit a nimia et minuta rerum descriptione: facta vero et rationes exponantur castigatis verbis.

Quae omnia Ssmus D. N. Pius Pp. XII, in audientia diei 11 Iunii 1942, Sibi relata, adprobare dignatus est, ac publici iuris fieri et ab omnibus servari iussit, contrariis quibuslibet, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus, ceterisque servatis de iure servandis.

Datum Romae, ex Aedibus S. Officii, die 12 Iunii 1942.

I. Pepe, *Supr. S. Congr. S. Officii Notarius.*

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PADERBORNENSIS-HILDESHEIENSIS

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Fideles pagorum *Hesslingen* et *Hehlingen,* pertinentes ad archidioecesim Paderbornensem, ab Apostolica Sede efflagitarunt ut a memorata archidioecesi disiungerentur atque Hildesheiensi dioecesi cum proprio territorio aggregarentur.

Pariter incolae oppidi *Calvoerde* et *territorii circumiacentis,* ad dioecesim Hildesheiensem pertinentes, expostularunt ut praefata praedia ab eadem dioecesi, ob magnam distantiam, seiungerentur atque archidioecesi Paderbornensi incorporarentur.

Porro Ssmus Dominus Noster Pius div. prov. PP. XII, rei opportunitate perpensa, attento consensu Ordinariorum utriusque dioecesis, oblatas preces benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, vi praesentis Decreti Consistorialis, statuit ut pagi *Hesslingen* et *Hehlingen* ab archidioecesi Paderbornensi separentur atque dioecesi Hildesheiensi perpetuo adiungantur, pariter statuit ut oppidum *Calvoerde* et territorium circumiacens iuxta petita a dioecesi Hildesheiensi disiungantur atque archidioecesi Paderbornensi perpetuo incorporentur.

Ad haec autem exsecutioni mandanda, Sanctitas Sua deputare dignata est Exc. P. D. Caesarem Orsenigo, Archiepiscopum titularem Ptolemaidensem in Libya ac Nuntium Apostolicum in Germania, ipsi

tribuens facultates ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi quam primum ad hanc S. C. Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis actus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 14 Martii 1942.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

II

B. VIRGINIS MARIAE A SS.MO ROSARIO seu POMPEIANA

DECRETUM

Pompeiana Praelatura *nullius,* cum Pontificio Sanctuario, iure singulari, ad normam can. 319 § 2 *Codicis I. C.,* regitur, quod Apostolicis Constitutionibus ac Decretis de ipsa latis continetur.

Cum vero in his haud omnia caveantur, quae ad ecclesiasticum regimen, disciplinam et administrationem attinent, Ssm̃us Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XII benigne statuit, praesenti Consistoriali Decreto, ut pro eadem Praelatura ac Sanctuario, quando speciales dispositiones in memorato iure particulari desint, leges iuris communis, congrua congruis referendo, applicentur.

Ordinarius autem, qui Praelaturam regit, ut Delegatus Pontificius Sanctuarium administrabit.

Quoniam insuper territorium Pontificiae Basilicae Beatissimae Mariae Virginis, cum adnexis Operibus a iurisdictione paroeciae Ssm̃i Salvatoris, in Praelatura exstantis, exemptum manet, Ssm̃us Dominus Noster benigne indulget, ut, praeterquam ab Ordinario, etiam a Rectore Basilicae vel, eo deficiente, ab altero sacerdote, ab ipso Ordinario habitualiter delegato, functiones paroeciales ibidem exerceantur, non exceptа matrimoniis adsistentia: servatis tamen de iure servandis.

Item statuit ut Consilium Praelaturae, Constitutione Apostolica *Beatissimae Virginis* diei 8 Maii 1926 constitutum, tamquam Consilium administrationis Pontificii Sanctuarii simul habeatur, illudque posthac quatuor constet Consiliariis a Sacra Congregatione Consistoriali, proponente Ordinario Praelaturae, nominandis, quorum unus deputabitur ad officium Vicarii Generalis, ad normam iuris communis.

Demum quod peculiariter spectat ad Patrum Cardinalium Coetum seu Commissionem pro tutela ac vigilantia in res spirituales ac temporales Sanctuarii Pontificii, eadem Constitutione Apostolica confirmatam, Sanctitas Sua decrevit ut ipsam perpetuo constituant Cardinalis a Secretis Sacrae Congregationis Consistorialis, uti Praeses, Cardinalis Praefectus Sacrae Congregationis Concilii et Cardinalis a Secretis Status.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 21 Martii 1942.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S.

V. Santoro, *Adsessor.*

III

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 1 Maii 1942. — Metropolitanae Ecclesiae Coloniensi praefecit R. D. Iosephum Frings, Rectorem Seminarii Maioris eiusdem Archidioecesis.

die 2 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Lyrbitanae R. D. Wilhelmum Petrum Adrianum Mariam Mutsaerts, parochum in Tilburg, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Arnoldi Francisci Diepen, Episcopi Buscoducensis.

die 14 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Medellensi Exc. P. D. Ioachimum García, hactenus Episcopum S. Marthae.

die 16 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Portugallensi Exc. P. D. Augustinum De Jesus y Sousa, hactenus Episcopum Lamacensem.

die 20 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Popayanensi Exc. P. D. Ioannem Emmanuelem González, hactenus Archiepiscopum tit. Aeniensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Leucenae, R. D. Georgium Petit, Vicarium Generalem dioecesis Catalaunensis, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc P. D. Caroli Mariae Andreae Ginisty, Episcopi Virodunensis.

die 23 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Balneoregiensi R. D. Aloisium Rosa, praepositum-parochum oppidi *Bagnone,* in dioecesi Apuana.

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini Propagando, Ssm̃us D. N. Pius divina Providentia Papa XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

die 23 Februarii 1942. — Titulari episcopali Ecclesiae Holarensi praefecit R. P. Ioannem Gunnarson, e Societate Mariae de Montfort, quem constituit Vicarium Apostolicum Islandiae.

die 24 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Geraldtonensi R. P. Alfridum Iosephum Gummer, dioecesis Bathurstensis presbyterum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Lamdiensi R. P. Sanctum Ubierna, O. P., quem constituit Vicarium Apostolicum de Thai-Binh in Indosina.

— Titulari episcopali Ecclesiae Curiensi R. P. Eduardum Rostaing, missionarium B. M. V. de la Salette, quem constituit Vicarium Apostolicum de Antsirabè.

die 25 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Rusaditanae R. P. Ioannem Tharsicium Senner, O. F. M., quem constituit Vicarium Apostolicum de Chiquitos.

die 15 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Mandetriensi R. D. Petrum Čule, hactenus eiusdem dioecesis Vicarium Capitularem.

die 28 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Cynopolitanae in Aegypto R. P. Iacobum Eich, Instituti Oblatorum S. Francisci Salesii presbyterum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi Kleemann, Vicarii Apostolici Magni Namaqualand.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

DECRETUM

DE FUNCTIONIBUS PRO DEFUNCTIS

Quum plures locorum Ordinarii ab hac Sacra Rituum Congregatione exquisierint qualiter se gerere debeant quoad functiones funebres quae, praesertim hac tempestate, a defunctorum propinquis etiam diebus do-

minicis aut festis de praecepto celebrandae indiscriminatim petuntur; haec porro S. R. Congregatio eosdem vehementer hortatur, ut in huiusmodi functionibus peragendis curent ut omnino serventur praescriptiones quae tum in Rituali Romano (tit. VI, cap. I, n. 8 et cap. III, n. 18) cum in novis Missalis Rubricis (*Addit. et variat. in Rubr. Miss.*, tit. III, n. 4) continentur.

In exsequiis autem, si Missa celebretur, semper — nisi de pauperibus agatur — fiat in cantu, reprobata invalescente praxi eam legendi absque cantu etiam cum funus externam induit pompam. Quandocumque vero ex rationabili causa funebris functio ritu breviori aut simpliciori agi contingat, ea tamen gravitate ac pietate peragatur, quam non minus reverentia sacrorum quam populi aedificatio requirit.

Quod vero ad Missae funebris qualitatem spectat, Missa exsequialis ea dicitur, iuxta novas rubricas (*Addit. et variat.*, l. c., n. 4), quae fit corpore defuncti physice aut saltem moraliter praesente. Corpus autem censetur praesens in altero ex immediate sequentibus duobus ab obitu diebus (S. R. C., decret. 3755, § 2); non autem ultra biduum ab obitu (S. R. C., decret. 3767, ad XXVI). Quoties autem praefata Missa a rubricis impeditur, transferri potest in proximiorem diem similiter non impeditum (*Addit. et variat.*, l. c., n. 4). Si vero Missa impediatur non a rubricis, sed ab alia causa, tunc dicitur opportuniori die post acceptum mortis nuntium (*Addit. et variat.*, l. c., n. 6); sed haec Missa, etsi privilegiata, non est tamen exsequialis, ideoque diebus dominicis aut de praecepto prohibetur. Hoc igitur in casu dicatur Missa dominicalis aut festiva diei; poterit tamen fieri absolutio ad tumulum, exceptis iis diebus dominicis et festis in quibus Missa exsequialis etiam praesente cadavere prohibetur (*Addit. et variat.*, l. c., n. 4).

Hoc servandum praecipit S. R. Congregatio, sive agitur de militibus in locis dissitis bello peremptis, quorum mortis nuntius mature ad suos non pervenerit; sive agitur de definitiva alicuius corporis humatione, sive denique — eoque magis — de defunctorum anniversariis propriis vel fundatis, et de similibus casibus.

Datum Romae, die 1 Maii 1942.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praenestinus, *Praefectus*.

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius*.

II

BRENTWOODEN. seu S. ANDREAE ET EDIMBURGEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI M. FRANCISCAE A QUINQUE PLAGIS, IN SAECULO MARGARITAE SINCLAIR, SORORIS PROFESSAE ORDINIS S. CLARAE.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, dicit Dominus. Spiritu autem sunt pauperes qui propter Dei amorem non superbiunt, divitias non inhiant, inopiam aequo animo perferunt. Hi caeleste regnum hac ratione salubriter magnoque emolumento sibi comparant.

« Pauperum perfecte renuntiantium, ita Duns Scotus, vere est regnum caelorum... Istud est margarita pretiosa, thesaurus in agro absconditus, pro quibus emendis omnia sunt vendenda » (*De perf. stat.*, n. 55).

Margarita Sinclair inops quidem erat, sed divitias non inhiavit, deliciis mundi, etiam licitis, renuntiavit, humilemque Christi sequelam his praetulit; sicque caelorum regnum sibi comparavit.

Die 29 Martii anno Domini 1900, Edimburgi, principe Scoticae dicionis urbe, ex Andrea Sinclair et Elisabetha Kelly, optimis coniugibus, tertia ex octo filiis, in lucem edita est, cui, eadem die, in sacro baptismate Margaritae Annae nomina fuere imposita. Divina gratia praeventa, adhuc puellula maturae pietatis supra aetatem specimina dedit, adeo ut a tribulibus iam tum sancta appellaretur. Decimum agens annum Confirmationis sacramento fuit roborata atque ad divinam mensam summo animi fervore accessit. Tanta autem erat eius erga Eucharisticum sacramentum religio, ut quam frequentius potuisset, ad Ecclesiam illud adoratum convolaret. Notatu quoque est dignum, quod palam, in protestantica civitate, supra pectus gerere non erubuerit tesseram: H. B. S. (Hand-maid of the Blessed Sacrament), h. e. Serva benedicti Sacramenti. Ut familiae necessitatibus levamen aliquod afferret — parentes enim erant pauperes opifices — quatuordecim annos nata, operam suam ad supellectilia expolienda locavit: ne autem quotidiana sacra communione privaretur, persaepe a ientaculo sumendo se abstinebat.

Pietate erga parentes, quorum vel nutibus illico oboediebat, amore

erga fratres sororesque, quibus auxiliari opitularique gestiebat, dilectione erga proximos, pauperes praesertim, in exemplum enituit.

Morum gravitate et modestia, eterodoxorum quoque animos in reverentiam sibi conciliavit, ita ut nemo ne verbum quidem minus honestum, ea praesente, auderet proferre.

Ex eius aspectu, ut deponit parochus, tranquillus serenusque animus, intima atque supernaturali pace fruens prodibat. Nec mirum : pax enim est tranquillitas ordinis; ordo autem exigit ut Deus super omnia et proximi propter Deum diligantur. « In spiritualibus, uti perbelle docet Duns Scotus, primum centrum realiter est Deus, et pondus suum est amor » (*Report.*, l. I, d. I, q. 4, n. 2) : amor autem est sui diffusivum et qui recte amat, legem implet, ordinem servat et pace fruitur.

Deo ad religiosam vitam amplectendam vocanti obsequens, anno 1923 inter Clarissas, Londini tamquam adiutrix cooptari obtinuit. Biennio post, mense Februario, simplicia vota nuncupavit, Mariae Franciscae a Quinque Plagis assumpto nomine. Non diu in monasterio morata est. Gravi enim morbo implicita ad domum pro tuberculosi affectis curandis fuit translata, in qua caritatis, patientiae, humilitatis aliarumque virtutum insignia specimina praebuit; die autem 24 Novembris a. 1925, dulcissima Iesu, Mariae Ioseph nomina invocans, purissimam animam exhalavit.

Sanctitatis fama crebrescente, in Edimburgensi Curia Ordinaria auctoritate super hac fama, scriptis atque oboedientia Urbanianis decretis de cultu Servis Dei non exhibendo, inquisitiones peractae sunt atque Urbem delatae.

Die 19 Maii anno 1938 ab hac Sacra Congregatione decretum super Famulae Dei scriptis prodivit. Nonnulla interim alia documenta collecta sunt, nec non plures Postulatoriae litterae ad Causae Introductionem a Summo Pontifice obtinendam : ex quibus duae a Cardinalibus conscriptae, decem ab Archiepiscopis, sexdecim ab Episcopis, a magnifico Glasguensis Universitatis Rectore, a Scotorum Collegio de Urbe, a nonnullis Generalibus Ordinum seu Congregationum Moderatoribus seu Procuratoribus, a pluribus Superiorissis, aliisque.

Instante itaque Rmo P. Fortunato Scipioni, O. F. M., Causae Postulatore, in Ordinariis Sacrae huius Congregationis Comitiis die 3 mensis huius habitis Emus ac Rmus Cardinalis Alexander Verde, Causae Ponens seu Relator, dubium proposuit : *An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* atque de ea retulit. Emi ac Rmi Patres Cardinales, auditis relatione hac nec non Officialium Praelatorum suffragiis, audito quoque R. P. D. Salvatore

Natucci Fidei Promotore generali, respondere censuerunt: *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem ab infrascripto Cardinali Praefecto relatione Beatissimo Patri, die 13 eiusdem mensis, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *Commissionem Introductionis Causae Serva Dei Mariae Franciscae a Quinque Plagis* sua manu dignata est signare.

Datum Romae, die 13 Februarii a. D. 1942.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praenestinus, *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DUBIUM

DE PRIVILEGIO SACERDOTIBUS CONCESSO IN MOTU PROPRIO « SUMMO SOLACIO »

Sacrae Paenitentiariae Apostolicae dubium, quod sequitur, pro opportuna solutione exhibitum fuit:

« Utrum privilegium personale, in Motu Proprio *Summo solacio*, d.d. 12 mensis Maii vertentis anni, Sacerdotibus concessum, intelligendum sit ad tramitem Declarationis S. Paenitentiariae Apostolicae d.d. 8 Martii 1929 (*Acta Apost. Sedis*, vol. XXI, pag. 168), ita ut Sacerdotes, Sacrum litantes, in quolibet Missae Sacrificio plenariam Indulgentiam lucrari et applicare possint, independenter a Missae applicatione, uni animae, in Purgatorio detentae, ab ipsis ad libitum designatae ».

Et Sacra Paenitentiaria Apostolica proposito dubio respondendum censuit:

Affirmative.

Facta autem de praemissis relatione Ssmo D. N. Pio div. Prov. Pp. XII ab infrascripto Cardinali Paenitentiario Maiore, in Audientia diei 8 mensis currentis, idem Ssmus Dominus responsum Sacrae Paenitentiariae benigne adprobavit, confirmavit et publici iuris fieri mandavit.

Datum Romae, e Sacra Paenitentiaria Apostolica, die 10 Iunii 1942.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens.*

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (MALLEZ-BROCHET)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Dñae Magdalenae Brochet, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Romae, Palazzo della Cancelleria), die 3 Octobris 1942, hora 10, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione :

An sententia Rotalis diei 8 Augusti 1939 sit confirmanda vel infirmanda in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Magdalenae Brochet, curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

Albertus Canestri, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 19 Iunii 1942.

Ioannes M. Pinna, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Madeleine Brochet, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 3 octobre 1942, a 10 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Doit-on confirmer ou casser la sentence Rotale du 8 août 1939 dans cette cause?

Le Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Madeleine Brochet devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Domenica, 5 luglio 1942, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dottor JOSÉ MARIA CASAS BRICEÑO, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica degli Stati Uniti del Venezuela, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 9 giugno 1942, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno dato il loro voto:

a) sul *Tuto* per beatificazione del Venerabile Servo di Dio Contardo Ferrini, professore della Università di Pavia;

b) sulla eroicità della virtù della Serva di Dio Caterina Tekakwitha, Vergine indiana.

Martedì, 16 giugno 1942, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sulla eroicità delle virtù del Servo di Dio Pietro Donders, sacerdote professo della Congregazione del Santissimo Redentore.

Martedì, 30 giugno 1942, nel Palazzo delle Congregazioni a S. Callisto, alla presenza dell'Emo e Revmo Signor Cardinale Carlo Salotti, Vescovo di Palestrina, Prefetto della S. Congregazione dei Riti, Ponente della Causa della Ven. Serva di Dio Maria Eustocchio Verzeri, fondatrice delle Figlie del S. Cuore di Gesù, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *antepreparatoria*, nella quale i Revmi Prelati Officiali ed i Revmi Consultori teologi hanno discusso sui miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione della predetta Venerabile Serva di Dio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato in data 20 giugno 1942, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato nominare l'Illmo e Revmo Monsig. Giacomo Violardo, *Promotore di Giustizia nel Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

23 maggio 1942. Le LL. EE. i signori: prof. Giovanni Battista Bonino, della R. Università di Bologna; prof. Gaetano Quagliariello, della R. Università di Napoli; prof. Dante De Blasi, della R. Università di Roma; prof. Cornelio Heymans, dell'Università di Gand; prof. Leonida Tonelli, della R. Università di Roma; prof. Giuseppe Garcia Sineriz, del Consiglio Superiore d'Investigazioni Scientifiche di Madrid, *Soci della Pontificia Accademia delle Scienze.*

» » » S. E. Revma Monsig. Maurilio Silvani, Arcivescovo tit. di Lepanto, *Nunzio Apostolico nel Chile.*

31 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Giuseppe Pizzardo, *Protettore dell'Istituto delle Figlie di Nostra Signora della Misericordia* (Savona).

1 giugno » Monsig. Giacomo Violardo, *Prelato Votante del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

Assistenti al Soglio Pontificio:

28 maggio 1942. S. E. Revma Monsig. Giulio Glattfelder, Vescovo di Csanád.

» » » S. E. Revma Monsig. Francesco Virág, Vescovo di Cinque Chiese.

8 giugno » S. E. Revma Monsig. Salvatore Baccarini, Arcivescovo di Capua.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

2 maggio 1941. Monsig. Emilio Blanc, della diocesi di Cahors.

15 settembre » Monsig. Giuseppe Köller, dell'archidiocesi di Vienna.

20 ottobre » Monsig. Michele Backés, della diocesi di Poitiers.

25 » » Monsig. Antonio Delort, della diocesi di Saint-Flour.

7 novembre » Monsig. Pietro Courbier, dell'archidiocesi di Aix.

Prelati Domestici di Sua Santità:

25 maggio 1940. Monsig. Giacinto Soto, della diocesi di Valencia nel Venezuela.
» » » Monsig. Raffaele A. Torres Coronel, della medesima diocesi.
5 novembre » Monsig. Corrado Sehner, della diocesi di Sant'Ippolito.
28 gennaio 1941. Monsig. Giulio Lecouvet, della diocesi di Tournai.
24 aprile » Monsig. Valentino Podgorc, della diocesi di Gurk.
2 maggio » Monsig. Massimino Dablanc, della diocesi di Cahors.
» » » Monsig. Gerardo D'Araquy, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Cros, della medesima diocesi.
6 giugno » Monsig. Engelberto Krebs, dell'archidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
» » » Monsig. Enrico Straubinger, della medesima archidiocesi.
2 agosto » Monsig. Edmondo Kalt, della diocesi di Magonza.
4 settembre » Monsig. Giuseppe Gmelch, della diocesi di Eichstatt.
14 » » Monsig. Corrado Stahl, dell'archidiocesi di Bamberga.
» » » Monsig. Giorgio Sponsel, della medesima archidiocesi.
20 » » Monsig. Giovanni Stolte, dell'archidiocesi di Salisburgo.
21 » » Monsig. Uberto Giertz, dell'archidiocesi di Colonia.
» » » Monsig. Guglielmo Corsten, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giulio de la Vaissière, della diocesi di Saint-Flour.
16 novembre » Monsig. Giuseppe Clementi, della diocesi di Osimo.
5 maggio 1942. Monsig. Calogero Gaglio, della diocesi di Agrigento.
» giugno » Monsig. Enrico Montialoux, della diocesi di Mende.
» » » Monsig. Giuseppe Combettes, della medesima diocesi.
15 » » Monsig. Damaso Cardozo, della diocesi di Guayana.

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari di S. S.:

15 giugno 1939. Monsig. Bronislao Swieykowski, della diocesi di Tarnovia.
» » » Monsig. Giacomo Stanczykievicz, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Zapała, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Tommaso Wloch, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Solak, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alessandro Siemieński, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Alessandro Rogóz, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Michele Rec, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Pekala, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Casimiro Łazarski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Casimiro Litwin, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Ladislao Kuc, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Krośniński, della medesima diocesi.

15 giugno 1939. Monsig. Ladislao Jaroński, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Valentino Gadowski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Romano Duchiewicz, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Andrea Cierniak, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Bochenek, della medesima diocesi.
20 marzo 1941. Monsig. Giovanni Steib, dell'amministrazione apostolica di Debrecen.
22 luglio » Monsig. Giovanni Roth, della diocesi di Rosnavia.
21 gennaio 1942. Monsig. Francesco Rossi, della diocesi di Acquapendente.
8 febbraio » Monsig. Francesco Comandini, della diocesi di Sarsina.
18 » » Monsig. Luigi Onorati della diocesi suburbicaria di Velletri.
» » » Monsig. Giuseppe Loconte, della diocesi di Monopoli.
» » » Monsig. Giuseppe Chiantera, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Fedele, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Battista Fedrizzi, dell'archidiocesi di Trento.
26 » » Monsig. Carlo Canziani, dell'archidiocesi di Milano.
» » » Monsig. Ettore Zurla, della diocesi di Piacenza.
» » » Monsig. Luigi Ferrari, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Artemio Prati, della medesima diocesi.
5 marzo » Monsig. Antonio Zambano, dell'archidiocesi di Udine.
» » » Monsig. Francesco Drius, della diocesi di Trieste e Capodistria.
12 » » Monsig. Nello Mannelli, della diocesi di Chiusi.
13 » » Monsig. Giuliano Mencucci, della diocesi di Pienza.
21 » » Monsig. Giuseppe Ferraris, dell'archidiocesi di Vercelli.
26 » » Monsig. Giuseppe Casoria, della diocesi di Acerra.
» » » Monsig. Filippo Jacolino, della diocesi di Agrigento.
» » » Monsig. Raimondo Montana, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Casuccio, della medesima diocesi.
28 » » Monsig. Giuseppe Gallizioli, della diocesi di Brescia.
2 aprile » Monsig. Camillo Di Gaspero, dell'archidiocesi di Udine.
8 » » Monsig. Antonio Verrastro, della diocesi di Potenza e Marsico.
9 » » Monsig. Beniamino Baldari, della diocesi di Troia.
15 » » Monsig. Giuseppe Nervo, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Monsig. Virginio Jacarelli, della diocesi di Amelia.
24 » » Monsig. Giuseppe Jandik, dell'archidiocesi di Strigonia.
» » » Monsig. Giuseppe Malvestiti, della diocesi di Città di Castello.
» » » Monsig. Giuseppe Pampaloni, della medesima diocesi.
29 » » Monsig. Gastone Mojaïskoy, dell'archidiocesi di Benevento.
» » » Monsig. Eugenio Sevi, della diocesi di Rieti.
» » » Monsig. Antonio Olivieri, della diocesi di Monopoli.
7 maggio » Monsig. Carlo Romersi, dell'archidiocesi di Torino.
» » » Monsig. Giustino Boson, della diocesi di Aosta.
» » » Monsig. Cesare Guerrucci, della diocesi suburbicaria di Albano.

18 maggio 1942. Monsig. Alfonso Giovanni Maria Mulders, della diocesi di Breda.
20 » » Monsig. Decio Amici, della diocesi di Tivoli.
» » » Monsig. Angelo Antonio Meucci, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giacomo Vanzetta, dell'archidiocesi di Trento.
» » » Monsig. Filippo Rabotti, della diocesi di Reggio Emilia.
» » » Monsig. Antonio Stella, dell'archidiocesi di Napoli.
» » » Monsig. Pietro D'Angelo, della medesima archidiocesi.
2 giugno » Monsig. Egano Righi Lambertini, dell'archidiocesi di Bologna.
» » » Monsig. Emilio Rossi (Roma).
» » » Monsig. Mario Brini.
» » » Monsig. Corradino Bafile, dell'archidiocesi di L'Aquila.
5 » » Monsig. Valente Donetti, della diocesi di Novara.

Cameriere segreto soprannumerario di spada e cappa di S. S.:

24 aprile 1942. Il sig. Guglielmo-Assia Steffen, della diocesi di Verona.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

11 febbraio 1942. Monsig. Anacleto Pesaturo, della diocesi di Alife.
21 marzo » Monsig. Angelo Rossini, dell'archidiocesi di Lucca.
2 aprile » Monsig. Antonio Vago, dell'archidiocesi di Milano.
7 maggio » Monsig. Francesco Verlezza, della diocesi suburbicaria di Albano.

Camerieri d'onore soprannumerari di spada e cappa di S. S.:

11 maggio 1942. Il sig. dott. ing. Giuseppe De Rossi (Roma).
14 » » Il sig. Celeste Bastianetto, del patriarcato di Venezia.

Cappellano segreto d'onore di S. S.:

26 febbraio 1942. Monsig. Vincenzo Monastero, dell'archidiocesi di Palermo.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

6 marzo 1942. Monsig. Gaetano Fattorusso, della diocesi di Castellammare di Stabia.
20 maggio » Monsig. Felice Toia, della diocesi di Como.

INDEX VERBORUM
CODICIS IURIS CANONICI

digessit ARCTURUS LAUER Heidelbergensis

Typis Polyglottis Vaticanis MCMXXXXI. In-8° gr. Pp. XXXVI-936. Volumen partim eorio partim linteo contectum L. 500

Index verborum Codicis Iuris Canonici eundem finem prosequitur, quem notissimae *Concordantiae Sacrorum Librorum Vulgatae Editionis* consimilesque concordantiae Textus Hebraici Sacrorum Librorum et versionis Septuaginta Interpretum. Partes tamen orationis in septem series digestae sunt; sub singulis autem vocabulis, alphabetico ordine in unaquaque serie dispositis, omnes enumerantur Codicis loci, in quibus illa recurrunt. Dum vero in memoratis concordantiis omnes quidem loci typis continuatim scripti sunt, sed praepositiones et ceterae particulae omissae, ne iam grande volumen litterarum copia nimis augeretur, Auctor *Indicis* ne minimam quidem particulam praetermisit, semel tantum vocabulum seu dictionem rescribendo atque omnes locutionum formas grammaticales ac syntacticas structuras per plura signa notando, vestigiis insistens C. Gradenwitz celebris iurisconsulti, qui *Indicem Codicis Theodosiani* aliosque rerum iuridicarum indices digessit, ita ut voluminis moles quam potissimum deminuta sit laborque investigationum allevatus, quippe quum, signis semel intellectis, ceteros locos, qui iuxta eadem signa ad rem non faciant, inspici non oporteat.

STATISTICA degli Ordini e delle Congregazioni Religiose maschili e femminili di DIRITTO PONTIFICIO secondo la Relazione Quinquennale presentata alla Sacra Congregazione dei Religiosi. Seconda Edizione. Tipografia Poliglotta Vaticana, 1942. In-8°, pp. 122. Lire 25 —

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
Ufficio e Messa « Commune unius aut plurium Summorum Pontificum » approvati dalla S. C. dei Riti con decreto del 9 gennaio 1942, pubblicati negli « Acta Apostolicae Sedis » il 13 aprile, fascicolo num. 4:			
Officium. In-18°, rosso e nero, carta indiana, grandezza della pagina cm. 7×12, nei margini cm. 19×12,5	0,80	0,80	0,85
Missa. In-4°, rosso e nero, grandezza della pagina cm. 14,5×22,5, nei margini cm. 22,5×32	0,60	0,60	0,80
MISSALE ROMANUM. Quinta editio post typicam. In-8° grande. In caratteri neri e rubriche in corsivo (cm. 17×26):			
— In fogli sciolti	36 —	39 —	46 —
— (A) Legato in mezza pelle e tela, fogli rossi, segnacoli	75 —	78 —	85 —
— (B) Idem, id., fogli oro	90 —	93 —	100 —
MISSALE ROMANUM. Quarta editio post typicam. Caratteri rossi e neri (cm. 22×31);			
— In fogli sciolti	85 —	90 —	110 —
— (A) Legato in mezza pelle e tela, fogli rossi	160 —	165 —	185 —
— (B) Legato in mezza pelle e tela, fogli oro	180 —	185 —	205 —
BREVIARIUM ROMANUM (totum). Quarta editio post typicam (mm. 176×111). In-12°			
— In fogli sciolti	75 —	77 —	82 —
— (A) Legato in pelle, cucitura fortissima, fogli rossi	120 —	122 —	129 —
— (B) Legato in pelle, cucitura fortissima, fogli oro	130 —	132 —	137 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis **"Acta Apostolicae Sedis"**
(Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/. postale N. 1-16722)

		Roma L.	Italia L.	Estero L.
CODIFICAZIONE CANONICA ORIENTALE – FONTI				
SERIE I				
Fasc. I.	**Testi vari di diritto nuovo** (1550-1902) – Parte prima	25 —	28 —	36 —
» II.	**Testi vari di diritto nuovo** (1550-1902) – Parte seconda	25 —	28 —	36 —
» III.	**Disciplina antiochena** (Siri): I. **Nomocanone di Barhebreo**	10 —	13 —	15 —
» IV.	**Disciplina caldea:** I. **Droit ancien: Synodes** (Synodicon orientale); Collectio canonum synodicorum d'Ebedjésus de Nisibe	15 —	18 —	22 —
» V.	**Disciplina alessandrina** (Etiopi): Testi di diritto antichi e moderni riguardanti gli Etiopi	25 —	28 —	33 —
» VI.	**Disciplina alessandrina:** Testi di diritto antichi riguardanti gli Etiopi	25 —	28 —	33 —
» VII.	**Disciplina armena:** Testi vari di diritto canonico armeno (Secoli IV-XVII)	25 —	28 —	36 —
» VIII.	**Studi storici sulle fonti del Diritto canonico orientale**	50 —	55 —	60 —
» IX.	**Disciplina generale antica** (sec. II-IX)	25 —	28 —	36 —
» X.	**Disciplina bizantina** (Rumeni): Testi di diritto particolare dei Rumeni	45 —	50 —	55 —
» XI.	**Disciplina bizantina** (Ruteni): Testi di diritto particolare dei Ruteni	55 —	60 —	65 —
» XII.	**Disciplina antiochena** (Maroniti): Testi di diritto particolare dei Maroniti	65 —	70 —	75 —
» XIII.	**Disciplina antiochena** (Maroniti): I. Ius particulare Maronitarum: A) Textus iuris non approbati. *Paratur*	—	—	—
» XIV.	**Disciplina antiochena** (Maroniti): II. Ius particulare religiosorum. *Paratur*	—	—	—
» XV.	**Discipline byzantine** (Melkites): Droit particulier des Melkites. – Première partie: Textes du droit approuvé	25 —	28 —	36 —
» XVI.	**Discipline byzantine** (Melkites): Droit particulier des Melkites. – Deuxième partie: Textes du droit non approuvé. *Sub prelo*	—	—	—
CODIFICAZIONE CANONICA ORIENTALE - FONTI				
SERIE II				
Fasc. I.	**Textes législatifs touchant le cénobitisme égyptien**	10 —	11 —	12 —
» III.	**Patriarchatus constantinopolitani acta selecta.** I.	60 —	62 —	65 —
» V.	**Textus selecti ex operibus commentatorum byzantinorum iuris ecclesiastici**	30 —	31,50	33 —
» VI.	**De fontibus iuris ecclesiastici russorum** commentarius historico-canonicus	10 —	11 —	12 —
» VIII.	**De fontibus iuris ecclesiastici syro-malankarensium** commentarius historico-canonicus	10 —	11 —	12 —
» IX.	**Fontes iuris canonici syro-malankarensium**	60 —	62 —	66 —
» X.	**De monachico statu iuxta disciplinam byzantinam** statuta selectis fontibus et commentariis instructa. Indices	225 —	229 —	233 —
» XII.	**Disciplina armena.** Monachismo. Studio storico-canonico e fonti canoniche	40 —	41,50	46 —
» XV.	**Caldei. Diritto antico.** II. **"Ordo iudiciorum ecclesiasticorum"** collectus, dispositus, ordinatus et compositus a Mar 'Abdiso' Metropolita Nisibis et Armeniae	60 —	61,50	65 —
» XVI.	**Caldei. Diritto antico.** III. **« Liber Patrum »**	10 —	10,50	11 —
» XXI.	**Disciplina armena. Canones apostolici.** Testo armeno con versione italiana e apparato critico	40 —	41,50	44 —
» XXVII.	**Disciplina antiochena** (Siri): Textes concernant les Sacrements	75 —	77 —	81 —

WILPERT GIUSEPPE. **La fede della Chiesa nascente secondo i monumenti dell'arte funeraria antica.** In-8°, VIII-328, con 156 figure nel testo 38,50 41,50 44,50

S. GIOVANNI BATTISTA NELL'ARTE di R. PLUS, S. I. Versione dal francese del Dr. D. FRANCINI. – In-4° (cm. 33×25). Edizione di lusso in carta grevissima speciale. Sopracopertina in tricromia riproducente « Il Cristo in Croce » di Mattia Grünewald. Pp. 56 di testo, 123 artistiche illustrazioni fuori testo e indice (gr. 1600). . 80 — 83 — 93 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis **"Acta Apostolicae Sedis"**
(Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/₀ postale N. 1-16722)